

717

P A T R I S T I C I

718

et magis infra per occultam gratiam uocaretur pro signaretur.

XXV. fol. 141. p. 2. Sermo fulgentij episcopi de eodem. Initium: *Nostis fratres karissimi quod dies iste qui nobis in honore domini per singulos annos celebratur &c.* Extat edit. *Opp. Venet.* 1742. p. 253. f. ubi perperam sub initium: *Et quia Graecum probatur esse vocabulum, (Epiphania) multis est Latinis incognitum. Inde est quod &c.* Rectius Codex: *multisque Latinis incognitum inde est quod &c.*

Quas tu si caperis discrimina mille ualebis.

Tempnere perpetua atque carere fame.

Augustinus adest bonus hic athleta famosus.

Denas qui cordas tangere rite quiuuit.

Hinc tibi iohannes odas canit atticus ille.

Fuluo qui meritis. emicat ore sacris.

Hic interiectus est *Elenchus* Contentorum in *Cod.* quorum ultimum numeratur *Omelia sancti Iohannis* (Chrysoftomi) *de cordis compunc-*

Exempla istorum fuerit quicumque secutus.

Hic possessor erit o paradise tui.

Et nunc Liber praedictus orditur: *Deus et dominus noster misericors et miserator &c.* ut *T. V. Opp.* edit. *Maur. Paris.* 1683. col. 48. ubi *Classis I. Sermo IX.* est, lectione tamen non raro variante; ita *c. 2.* nobis *fol. 1. p. 2.* malim cum nostro: *Clamemus et laudemus, quam cum Eeditis: Clamauimus et laudauimus &c.* Concluditur: *Erit ergo illud sabbatum sabbatorum, quod hic desideramus.*

CCXXVII. VI. E. 30.

Codex membraneus lat. Sec. 318 saltem XII. Folior. nunc 24. f. per duas columnas exaratus, Titulisque miniatis distinctus, manus, ut videtur, *Hispanae* e titulo paullo recentius *pag. ult.* adscripto: *Don Rodrigo por la gracia de dios Rey de castilla de Tholedo de leon de Galisia de seuilla de cordoua de Murcia de iaben et algarbe,* sequentia continet: *I. Incipit Liber De Decem Cordis S. Augustini.*

tionem, ad quam Distichon postremum adludit, quae vero deperiit. Dein concludit Poeta:

ut ibi inueniamus. Iterum, ut videtur, rectius, quam in *Eeditis.*

II. fol. 13. p. 2. *Item Sermo S. Augustini De Die Iudicii.* Initium: *Audiuimus cum euangelium legeretur terribilem simul et desiderabilem uocem — Discedite a me maledicti &c.* Finis: *et ad celorum regnum feliciter peruenire. Prestante domino nostro ihesu christo qui &c.* Extat *T. cit. append. col. 142.* monentque Editores, eum

eum in *Mss. Vatic.* et *Remig.* tribui *Augustino*, sed verius esse *Caesarii Arelat.* inter cujus *Homilias* in *Bibl. PP.* ordine XXXIX. est.

III. fol. 15. Item *Sermo S. Augustini* quales debeant esse *Christiani*. Incipit: *Gaudeamus Fratres karissimi et Deo gratias agimus quod secundum desideria cordis uestri &c.* Est in *append. T. cit. col. 438. Sermo CCLXVI. Augustino* suppositus, ut recte praenotant Editores. In *Cod. nostro* Editis consonat usque ad illa verba: *gladium diaboli pertimescit.* Deinceps constat adhortationibus contra injusta *Judicia*, *Ebrietatem*, *Irreverentiam* et *Garrulitatem* in *Ecclesia*, quae frustillatim ex aliis *Augustini* et *Caesarii Sermonibus*, saltem ut nunc leguntur, congestae sunt. Finis ejus modi: *et nobis concedat uobiscum implere quod predicamus. Aduuante domino nostro ihesu christo &c.* Adhaeret paucis lineis initium *Sermonis*, qui in *Editis* praesentem antecedit: *Rogo uos Fratres karissimi ut adtentius cogitemus &c.* — *Sicut ipse* — —. Itaque *folium* unum alterumve excidit.

IV. fol. 17. Fragmentum inscriptum: *De Fide Catholica*. Initium: *Patres Venerabiles Cari Fratres filii dei aliquid uolumus uobis memorare de his que nunquam uobis obliuisci oportet &c.* Sequitur dein $\pi\epsilon\kappa\mu\omicron\tau\eta\varsigma$ illa *Symboli* vulgo *Athanasiani*: *Fides catholica haec est ut unum deum in*

trinitate et trinitatem in unitate ueneremur, atque ducta a *folis Sphaera*, splendore et calore similitudine illustratur. Transfit hinc Κατὰ τὴν φύσιν ad *Incarnationis* mysterium: *Queritur autem (cur) deus pater filium suum. id est sapientiam hominem fieri uoluit.* Rationem repetit ex impotentia lapsi hominis se ipsum erigendi; mox uero *Tractatio* his uerbis abrumpitur: *Erat tamen impossibile non impleri. quod uolebat omnipotens.* — Quod dolendum, non enim illius fit mentio inter *Testimonia Veterum de Symbolo*, quae Editores *Mauriani T. II. Opp. Athanasii Paris. 1698. p. 719.* collegere, neque alibi de ea legere me memini. Unde $\alpha\upsilon\epsilon\upsilon\delta\omicron\tau\omicron\upsilon$ putem.

V. fol. eod. *De duodecim abusionibus*. Initium: *Duodecim Abusiva sunt seculi. Hoc est sapiens sine operibus. Senex sine religione &c.* Extat hoc Opusculum inter *Augustino* supposita in *Append. T. VI. col. 211.* multo plenius *Exemplo* nostro, quod tamen eandem *Praef.* habet, quam *Mauriani* in *Codd. Victorino* et *Corbejensi* inuenere. Vide praeviam illorum *Admonitionem*.

VI. fol. 19. iterum *De Catholica Fide*. Et quidem initium a *Symbolo* paullo ante memorato. Verum post uerba: *equalis gloria coeterna maiestas*, statim: *Quia in hac trinitate nichil prius aut posterius. nichil maius aut minus. Sed totae tres personae coeternae sibi sunt et coequales. Quicumque er-*

go cupit saluus esse. et catholicus hæc teneat et credat et uita uiuet. Sed tamen post hæc si ad cæleste regnum desiderat peruenire et æterna bona concupiscere. contra diaboli insidias cotidie necesse est certare &c. Hinc ad malorum tolerantiam, ad mortem, ad extremum iudicium delabitur ignotus Autor, inducitque *Servatorem, Noe, Abraham, Mosen, Davidem, Isaiam* et rursus *Filium Dei* Peccatoribus malefacta exprobrantes, et mox descripta horum et Beatorum forte finit: *qualia preparauit deus his qui diligunt eum. Hæc autem omnia nobis prestare dignetur saluator mundi qui cum patre et spiritu sancto uiuit.*

VII. fol. 20. p. 2. *Augustinus De Decimis. Seruitoribus ecclesie Reddendis.* Initium: *Habent Mandatum Domini Sacerdotes secundum mosaycam legem &c.* Sermone hunc nec in *Augustino*, nec in *Caesario* reperiō. *Augustino* tamen olim tributum fuisse e *Petri Coelestini Opusc.* I. P. 4. c. 50. *Bibl. PP. Lugd. T. XXV. p. 785.* quis arguat, ubi ex *Augustino* hæc uerba adlegantur: *Quod si decimam dederis non solum abundantiam fructuum recipies, sed etiam sanitatem corporis consequeris; Item: hæc est enim iustissima Dei ratio, ut si decimam non dederis, ad decimam reuoceris;* quae sententiae iisdem paene uerbis in hoc *Sermone*, et non alibi, quod sciam, in *Augustino* leguntur. Non tamen ideo *Augustini* foetum putem, vel ex hoc loco: *Legimus in canonibus et in Denis Codd. mss. theol. Bibl. Palat.*

euangelii et ceteris sanctis scripturis, quod omnis christianus de omni conlaborato suo et de iusta adquisicione sua decimam reddere deo ex toto corde debet. In Capitulari de Villis Karoli M. edit. Baluz. T. I. col. 332. memoratur Decima ex omni conlaboratu. Ad hoc igitur aevum etiam *Sermo* noster revocandus uidetur, cui in fine adnexa est *Forma Excommunicationis* in eos, qui *Decimas* negant.

VIII. fol. 21. p. 2. *Ammonicio Sacerdotum et Conuentus.* Incipit: *Fratres. Presbyteri. et ministri domini cooperantes nostri estis nos quidem quamuis indigni locum aaron tenemus &c.* Plurimum congruit cum illa, quam *Baluzius* in *append. Act. Vett. ad Reginonem n. 2.* publicavit. Sunt tamen ibi quaedam breues Sententiae, quas Noster omittit, et contra post ea uerba: *antiphonarium unusquisque habeat, Noster inserit: Vasa sacramentalia. et calicem. et patenam auream. uel argenteam. seu stagneam. Ne forte presumat cum ipso uase missam celebrare quod uomitum parit per singulas ebdomadas sumatur corpus domini. ne forte quod absit muscidum fiat, quod ab Editis abest.* Praeterea, quod legit *αλογον Baluzius: Nullus — conductor sui senioris existat, cum ratione Noster: conductor fenoris non existat.* Sub finem post uerba: *et penitentiale habeat, Noster in diversum abit, uidelicet: Et cetera. Videte si absque his quæ promimus ministerium uestrum facere potestis.*

stis. et plebem uobis commissam ad uitam ducere ualeatis et christo presentare. Qui custodit os suum &c. adjiciendo quosdam versus e Proverbiis Salom. de Silentio, qui ad rem nihil pertinere videntur.

IX. fol. 24. Fragmentum de Vitis Patriarcharum et Prophetarum. Non Isidori Hisp. de Vita et Obitu Sanctorum Libellus, qui extat Opp. p. 531. sed succinctior quaedam chronologia, quae incipit: Adam Pater generis humani dei manibus de terra fabricatus uixit annis. DCCCCXXX. sepultus in cariatarbe quæ distat ab iberusalem quatuor milibus ad australem plagam. Enoc septimus &c. Deficit in Abdia Propheta, nec est, quod doleas.

CCXXVIII. ablatu a g:

²⁷ Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 381. f. max. nitide scriptus Matthiae Corvini iussu et sumtibus, auroque et coloribus illustratus ab Attavante Florentino, cujus manu Fol. 1. pag. aduersa legitur: Attavantes pinsit. Pag. auersa in eleganti pictura titulum hunc literis aureis quadratis praefert: In hoc Volumine continentur Epistole Sancti Augustini Doctoris Eruditissimi. Fol. 2. in Frontispicio Regis insignibus, aliisque picturis illustri legitur: Incipit Liber Epistolarum Aurelii Augustini Episcopi Hiponensis Doctoris eximii Epistola prima ad Volusianum. Continet uero Codex Epistolas Augustini, aliorumque ad illum CXCIII. ut

adeo, si recte viderunt PP. Mauriani in Praef. T. II. adferentes, quod pauci admodum reperiantur, qui media saltem ex parte S. Doctoris contineant Epistolas, rarissimis merito fit adnumerandus. Labet in commodum Collatorum indicem epistolarum nostrarum texere adpositis numeris, sub quibus in praedita editione Mauriana Antwerp. 1700. habentur.

I. Augustini ad Volusianum in edit. Maur. CXXXII.

II. Volusiani ad Aug. CXXXV.

III. Aug. ad Voluf. CXXXVII.

IV. Marcellini ad Aug. CXXXVI.

V. Aug. ad Marcellin. CXXXVIII.

VI. Aug. ad Italicam. XCII. Finis: Moliar explicare. Quatuor lineae, quae in impressis Exemplaribus adjiciuntur, ab-

sunt in nostro, uti et multis aliis Codd. mfs.

VII. Aug. ad Marcellin. CXLIII.

VIII. Hieronymi ad Aug. LXXXI.

IX. Aug. ad Hieron. LXXXII.

X. Alipii et Aug. ad Aurelium. XLI.

XI. Aug. ad Longinianum. CCXXXIII.

XII. Longinian. ad Aug. CCXXXIV.

XIII. Aug. ad Longinian. CCXXXV.

XIV. Aug. ad Bonifacium coepisc. XCVIII.

XV. Paulinus et Therasia ad Aug. XXV.

XVI. Aug. ad Paulinum. XXVII.

XVII. Paulin. et Therasia ad Aug. XXX.

XVIII.

Cod. 653.